

Cum verò Cinnabaris nativa & le  $\text{O}$ riale  $\text{q}$ re  
redundet, hincque vim habeat laxativam, in sym-  
ptomaticis quibuscunq̄ue alvi fluoribus non sem-  
per prodest.

### C A P U T XXXI.

*Cinnabaris Mineralis preparata usum in adfec-  
tibus supremi ventris, capitis & cerebri  
scilicet, eruit.*

**C**Ephalicum maximè medicamentum audit  
Cinnabaris mineralis, omnibusque ferè capi-  
tis atque cerebri affectibus strenuè se opponit.

Membranas namque ac nervos respicit, eorum-  
que irritationem, tensionem, quod de membranis  
potissimum valet) ac vellicationem tollit. Præstat  
autem hæc humores serosos & acres invertendo,  
demulcendo, eorumque acrimoniam absorbendo;  
& hinc in doloribus capitis, vertigine, pavoribus,  
epilepsia, apoplexia, paralyfi caro, motibus con-  
vulsivis, &c. ubi peccat acidum, austerum, acer-  
bum, ponticum profunt aperientia & absorbentia  
cephalica, Cinnabrina inprimis quæ sanguinem  
reddunt fluxilem, & ob hanc ipsam vim latissimè  
patent, & in affectibus articulorum, doloribus qui-  
busvis, calculi, articulorum, ischii, uteri, conve-  
niunt. *Georg. Wolffg. Wedelius de Medicam. fa-  
cult. lib. 1. sect. 2. cap. 3. & sect. 3. cap. 1.*

Pulverem hunc specificum adversus epilepsiam,  
vertiginem & apoplexiam describit *Joseph. Querce-  
tamus tetr. graviss. capit. adfect. cap. 33.*  $\text{R}$ . Cin-  
nabar. mineral. splendent.  $\text{ʒ}$ ss. In alcool teratur su-

per



per marmore, adde Mag. perlar. corallor. ana ℥ij. Croci ℥j. Fol. auri, aut potius Ceraunochrysi gr. X. Misc. fiat pulvis. Dosis ejus est à ℥ss. ad ℥j. ad summum in aqua lil. convall. Magnos & copiosos ciet sudores hoc medicamentum.

Cinnabaris nativæ aliquid cum partibus æqualibus Mag. perlar. corallor. & cranii humani miscet, & à granis viij. diaphoretici loco in convenienti liquore in epilepsia exhibet. *Dan. Sennertus Institut. Medic. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 17.* Item Cinnabarin nativam à *Cratone* commendatam, ac magnetem epilepsiæ appellatam fuisse scribit *Idem Med. practic. lib. 1. part. 2. cap. 31. R. Cinnab. nativ. ℥ss. Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana ℥ij. Croci ℥j. Fol. Ori gr. xij. Misc. fiat pulvis; cujus dosis est ad grana xij. vel xvj. Detur cum aqua conveniente. Deindè Sennertus ipse hunc præscribit Pulverem Epilepticum. R. Cinnabar. nativ. & mineral. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana ℥i ss. Cran. human. præp. C. C. ust. & præp. ana ℥j. Croci orient. ℥ij. Fol. Ori Nō. xv. Misc. fiat pulvis subtilissimus.*

Universalibus præmissis, vomitivis & catharticeis, inprimis *Paracelsi* purgante specifico, in epilepsia exhibet *Joh. Hartmannus Prax. Chymiatric. part. 2. cap. 10. pulverem sequentem specificum. R. Cinnabar. nativ. pellucid. & splendent, ℥ss. Mag. corallor. perlar. ana ℥ij. Croci ℥j. Fol. Ori gr. x. Quæ terendo super lapidem, diligenter redige in pulverem, cujus grana vj. ad xvij in aqua salviæ propina in ipsa accessione, ac repete sapius. Alium etiam pulverem antepilepticum magnarum virium hoc modo parat. R. Cinnabar. *Ungaric. probè lot. & depurat. ℥ss. Imbibe cum spir. Oli ℥iv. Adde Scobis cran. human. nunquam sepult. & spiritu vi-**



ni imbut. ℥℥. Relinque in loco calido per quindecim dies, & per retortam distilla liquorem, atque illud quod restat, seorsum serva. Hinc ℞. Scob. Ungul. alc. ℥i℥. Myrrh. rubr. ℥℥. Solve in spiritu ☉ lis.

Solutum à fœcibus separa & serva. Postea ℞. Croci ℥℥. Extrahe tincturam ex eo cum spiritu vini. Liquores omnes simul misce, & istis Cinnabarin, lotionem ac pulverationem præparatam imbuere, iterumque leni calore exsicca, donec omnem liquorem imbiberit, & in pulverem ficcum abierit. Dosis ejus est à gr. ij. ad iv. cum vino generoso, aut spiritu vini, vel aqua antepileptica, in, ante, & post paroxysmum.

Cinnabrium nativum, Orii radicem ac mineram, tantarum esse virium tradit *Henr. Petrus lib. i. dissertat. harmonic. 6.* ut celeberrimus *Crato* magnetem epilepsie vocare non sit veritus. Cui etiam simile judicat Cinnabrium Jnni, si Mag. corallosum, perlarum & ☉ l. cranii humani ipsi admisceantur, & omnia in unum redigantur pulverem insignem diaphoreticum, cujus dosis sit à gr. X. ad xvj.

Cum *Crato* Cinnabarin nativam epilepsie magnetem vocaverit, *Laz. Riverius Prax Medic. lib. i. cap. 8.* in epilepsia hunc adhibet pulverem. ℞. Cinnabr. nativ. pellucid. limat. & in tenuiss. pulver. trit. ℥℥. Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana ℥ij. Croci orient. ℥j. Fol. Ori Nō. xv. Terantur omnia subtilissimè super lapidem. Dosis in ipsa accessione est à gr. vj. ad ℥j. in aquis appropriatis. Non minoris virtutis censet cum Chymiatri Cinnabarin Jnni, quæ post Orii vitæ extractionem elicitur. Si enim æquali pondere jungatur cum Ma-

giste-



gisteriis perlarum, corallorum & cranii humani  
specificum esse ait in epilepsia, etiam inveterata,  
cujus dosin facit à granis X. ad xv. in liquore ido-  
neo.

Pulverem talem in vertigine & epilepsia com-  
mendat *Phil. Grülingius Florileg. Chymic. part. 13.*  
*cap. 1.* ℞. Cinnab. nativ. ℥ss. Mag. corallor. per-  
lar. ana ℥ij. Sterc. pavon. præp. ℥j. Croci orient.  
℥j. Fol. Ori Nō. vj. Reduc ad alcool super mar-  
more. Dosis gr. X.

In vertigine pariter ejusmodi Electuarium lau-  
dat *Guernerus Rolfincius lib. 7. sect. 1. cap. 10. ord. &*  
*meth. med. special.* ℞. Conserv. fl. betonic. ℥j. Cin-  
nabar. nativ. mineral. ℥ss. Elæosacch. succin. ci-  
namom. ana ℥ij. Dosis ejus est singulis horis ma-  
tutinis, & stomacho jejunò, ℥j.

Postquam *Crato* Cinnabarin nativam epilepsiæ  
magnetem appellavit, illa fuit basis Panaceæ *An-*  
*waldina*, imò etiam nunc ob atomos solares à mul-  
tis magni æstimatur, *Idem lib. 2. consultat. Medic.*  
*12.* in epilepsia hunc præscribit pulverem: ℞. Cin-  
nabar. nativ. *Ungaric.* eleganter splendent. in pul-  
verem tenuissimum trit. ℥ss. Mag. perlar. corallor.  
ana ℥ss. Fol. Ori Nō. xv. Sacch. refinat. q. s. ad sa-  
poris gratiam. Misc. fiat pulvis, cujus dosis est à gr.  
vj. ad ℥j in aquis appropriatis. Et *consultat. Medic.*

*21.* Cinnabarin nativam *Ungaricam* matricem Ola-  
rem in sinu suo fovere admirandaque promittere  
auxilia in caro scribit. Et ideò tale quoque Electua-  
rium, cujus compositionem illa ingreditur, porri-  
git. ℞. Conserv. fl. poëon. lavend. rosar. ana ℥ss.  
Confect. alcherm. ℥ij. Smaragd. præp. Essent ca-  
stor. Cinnabar. *Ungaric.* nativ. ℥ss. Ol. still. cina-  
mom. anthos, rutæ ana gt. iij lil. convall. aq. apo-  
ple-



plectic. ana gr. ij. Sir. de betonic. q. s. Misc. fiat Ele-  
ctuarium. Detur in fictili. S. Stärckender Haupt-  
Zucker. De hoc manè sumatur ad magnitudinem  
nucis avellanæ, & assumantur de brodio carnis  
cochl. ij. iij.

Specificè in epilepsia prodesse Cinnabarin nati-  
vam & Jñii asserit *Frid. Deckerus in Notis & Observ.*  
*ad praxin Barbettianam lib. 1. cap. 1.* & cum prior  
à *Cratone* vocetur magnes epilepsiæ, ex ea talem pa-  
rat pulverem: R. Cinnabar. pellucid. limat. in te-  
nuiss. pulver. trit. ℥ß. Corall. rubr. Margarit. ana  
præp. ℥ij. Croci orient. ℥j. Fol. auri Nō. xv. Te-  
rantur omnia subtilissimè super lapidem, ut fiat pul-  
vis; cujus dosis est à gr. vj. ad ℥j. in vehiculo con-  
venienti. Præstare tamen Jñii Cinnabarin cen-  
set.

Pulverem antepilepticum anodynum talem no-  
bis commendat *Excell. Dan. Ludovici Pharm. dis-  
sertat. 1. pag. 642 & 643.* R. Pulv. Bezoardic. alb.  
(è c. c. phil. præp. Terr. sigillat. & Unicorn. fossil.)  
℥vj. Succin. alb. præp. ℥ij. Cinnabar. nativ. ℥iv.  
Laudan. opiat. ℥j. Exactè miscendo fiat pulvis.  
Trimestriad granum j. exhibitus, vel aliis alteranti-  
bus, præcipitantibusque associatus, multùm prod-  
est: sicuti quoque lactentibus in variis inquietu-  
dinibus, torminibus, vomitibus, diarrhœis admo-  
dum confert.

In epilepsia Medicorum aliorum celeberrimorum  
pulveres ant-epilepticos sequentes addu-  
cit *Frid. Hoffmannus Thesaur. Pharmaceutic. sect.*  
*23.* R. Cinnab. Jñii optimè rectificat. nativ. Un-  
garic. vel Armen. ana ℥ß. Smaragd. orient. præp.  
c. c. sin. ign. corn. alc. sin. ign. Visc. corylin. ana  
℥j. Misc. fiat pulvis, cujus dosis est à ℥j. ad ℥j.  
R. Pulv.



℞. Pulv. Marchion. ℥ij. Off. de corde cervi ℥i℔.  
Unicorn. ver. Cinnab. ℥nii rectificat. nativ. ana ℥j.  
Misc. fiat Pulvis. Dosis illius est à ℥j ad ℥j.

℞. Cinnab. nativ. ℥j. Unicorn. ver. ℥j. C. C. ust.  
& præp. ℥ij. Visc. quercin. in ℞ decerpt. ℥ij. Terr.  
figillat. ver. ℥iij. Mag. perlar. corallor. ana ℥℔. Cina-  
mom. elect. ℥j. Misc. fiat pulvis, cujus dosis est à ℥℔.  
ad ℥℔.

In epilepsia, apoplexia, vertigine aliisque morbis  
capitis Magisterium hoc Cinnabaris nativæ vires  
habere nobiles dicitur, si à gr. v. ad vij. & ℥℔ in aqua  
appropriata exhibeatur. Componitur a. ita: ℞.  
Cinnabar. *Ungaric.* optimè rectificat. & pulveri-  
fat. ℥iv. Spir. Oli opt. & dephlegmat. ℥vj. Mixta  
imittantur retortæ vitreæ, & post peractam di-  
gestionem unius mensis in lenissimo calore, affusus  
spiritus denuò abstrahatur. Tandem Cinnabrium  
in fundo vitri relictum, aquâ flor. tilix sæpius lo-  
tum, & benè exsiccatum, ad usum servetur. Hoc  
negotium, circa abstractionem spir. Oli, si solâ  
evaporatione instituat, & Cinnabaris interea spa-  
tulâ ligneam continuò agitetur, magisterium evadet  
longè rubicundioris & pulchrioris coloris, ex quo  
etiam cum menstruo quodam specifico extrahi  
potest tinctura pulcherrima. Egregiæ sanè vires  
sunt, quæ huic adscribuntur Magisterio: color ejus  
est quoque pulcherrimus; hoc unicum autem in  
eo desideramus, quod acidi spiritus abstractione  
non parum alteretur & invertatur ejus virtus. Nam,  
ut fideliter monet Cl. *Dan. Ludovici*, Chymicus  
excellensissimus, *Pharmac. dissertat. i. pag. 352.* Cin-  
nabaris per nimiam curiositatem non est divellen-  
da, quod fit, quando pars prærea è selectiori quoque  
minera (è viliori siquidem saxeâ substantia potius  
solvi



solvi videtur,) per alcalia fundendo, vel digerendo, difficulter licet & exigua planè quantitate extrahitur: nec non Cinnabari injuria fit, cum abstractione acidorum non tam alteratur, quàm pervertitur ejus virtus, æque ac materia, quæ post consuetam *Ærii* separationem ibi restat, meritoque proindè, quæ natura hîc conjunxit, homo non separat, etiam curiosioribus ex alcalibus volatilifatis, aut consimilibus menstruis.

Pulverem Apoplecticum Regium, aliàs Cephalicum *Dn.D. Podchocinski* describit *Nobiliss. Martin. Bernhard. de Bernitz in Fascicul. alter. Medicam. Singular. tit. 7. cap. 1.* in quo etiam Cinnabaris nativa reperitur. *R. Magister. ant-epileptic. M. Prævotii, Radic. poëon. pulver. Corall. rubr. præp. ana ℥ij. Mag. succin. Bezoard. lunar. Cinnabr. nativ. ana ℥ij. Ol. in destillat. aq. apoplectic. collect. gt. vj. Sacch. ad p. o. Misc. in mortario vitreo, adde pro concilianda gratia Fol. auri, argenti ana Nō. iv. Pulvis commixtus reservetur usui. S. ut supra. Vires attribuuntur huic cephalicæ & analepticæ insignes; indè & in omnibus morbis capitis dosis ejus est à ℥j. ad ℥ij. in aq. cephalica, apoplectica, seu fl. lavendul.*

Epilepsiæ, apoplexiæ, vertigini, doloribus capitis, dentium, & susurris aurium optimè subvenire Cinnabrium minerale scribit *Excell. Wedelius de Medicam. facult. lib. 1. sect. 1. cap. 2. sect. 3. cap. 1. lib. 2. sect. 1. cap. 6. & sect. 2. cap. 10.*

Verùm, quænam est ratio, quòd Chymicorum & Medicorum multi in his adfectibus Cinnabarin *Ærii* nativæ præferant, easdem forsan vires cum priori non habebit, nec omnes epilepsias inprimis extirpabit? Utraque suam meretur laudem; undè à quibusdam Practicis solum usurpatur Cinnabrium

*Ærii,*



Œnii, sicuti ex gr. apud *Martin. Bernhard. de Bernitz in Fascicul. alter. Medicam. Singular. tit. 7. c. 3.* pulverem ant-epilepticum, Mag. Cinnabaris Œnii, spiritum ☉li compositum ant-epilepticum, &c. legimus, quorum basis Cinnabaris Œnii est, & ubi nullius Cinnabaris nativæ fit mentio.

Quibusdam est etiam sola Cinnabaris mineralis in usu magnique æstimatur. Sic *Sennerto, Riverio, Petrao, Rolfincio* & aliis epilepsiæ magnes dicitur. In epilepsia virium esse magnarum Cinnabrium nativum, ut ☿rii radicem ac mineram, scripsit *Frid. Hoffmannus meth. med. lib. 1. cap. 19.* Diacinnabaris species *Mynsichti* maximi facit *Dn. D. Angelus in Catal. Medicam. Spagyric. pag. 101.* Ast, quamvis Cinnabrium Œnii in capitis aliarumque partium morbis gravissimis ac desperatissimis à multis, potissimum verò à *Joh. Hartmanno in Notis ad Croll. pag. 72. & 230. Joh. Quersetano Tetr. graviss. capit. adfect. cap. 33. Hadr. Mynsichto Armam. Medico-Chymic. sect. 5. Guer. Rolfincio Chym. in art. form. redact. lib. 5. sect. 5. cap. 6. & Dissertat. Chymic. 5. de Œnio cap. 17. Joh. Zwelfero Mantiss. Spagyric. part. 2. cap. 8. Petro Joh. Fabro Curat. 10. Dan. Ludovic. Pharm. mac. dissert. 1. Frid. Hoffmanno lib. 1. cap. 11. 19. meth. med. & in Clav. Schroderian. Pharmaceutic. lib. 3. cap. 17. Andr. Val. Mollenbroccio tr. de arthritid. vag. scorbutic. cap. 11. Georg. Wolffg. Wedelio Pharm. lib. 2. sect. 3. cap. 4. & Ephemerid. Curios. Germanic. Ann. 3. obs. 105.* maximè laudetur, melior tamen hæc Cinnabaris nativa ob ☿ur suum Œnii ☉lare est. Et ideò *Sennertus Institut. Medic. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 17.* rectè dixit: *prestat Cinnabarin nativam usurpare præ Cinnabari Œnii.* Et hæc nativa etiam *Cl. Danieli Ludovici Pharm. dissert. 1. pag. 345.* potior ple-



rumque visa est præ Cinnabari ꝯnii. Item Excell. *Wedelius Pharmac. lib. 2. sect. 3. cap. 4.* nativam *Ungaricam*, in primis *Olarem*, tum sibi relictam, tum sublimatione depuratam factitiæ ꝯniali præferre fas judicat.

Videtur quidem inter utramque similitudo quædam, cum nativa & mineralis æque splendeat ac factitia ꝯnialis. Verum, si rem ipsam exactius rimemur, differre causa efficiente, materiâ, formâ & fine videntur. Causæ efficientis intuitu, Cinnabarin nativam natura efficit, miscetque partes æreas & ꝯriales eâ mensurâ & proportione, quæ ipsi conveniens est. Cinnabarin autem ꝯnii Ars Chymica producit, quando ꝯrius *Ætus* ꝯrium vivum & currentem, ꝯnium verò æur suum, quo ꝯrius ligatur, præbet, ut unum fiat mistum. Materiæ ratione differunt. Principia utriusque constituentia sunt æur & ꝯrius. In Cinnabari minerali selectissima æur ꝯnii *Olare* admodum rutilans, vegetum & copiosum est, & hinc quoque ejus vires perfectiores & vegetiores sunt. Contra verò factitia ꝯnialis minus rutilat, minus vegetum & copiosum æur obtinet, & efficaciam quoque tali destituitur. Deinde ꝯrius, qui ex Cinnabari nativa artis beneficio prolicetur efficacior nobiliorque est quovis vulgari, ex quo factitia ꝯnialis paratur; ex illo enim potentissima, selectissima ac præstantissima efformantur medicamenta spagyrica. Formæ internæ & externæ respectu apparet etiam differentia. Interna dat operari. Ista autem operatio efficacior est in nativa, ob plenioram exactioremque æris ꝯnii *Olaris* mensuram & proportionem, quam natura fecit. Externam formam in utraque color exprimit, qui intensior splendidiorq; est in nativa, quam  
in



in gñiali factitia, vel sæpius etiam rectificata. Finem tandem differunt; cum enim in Cinnabari nativa partes componentes magis naturales, pleniores ac perfectiores fiat, ac in specie  $\text{ϕur}$   $\text{O}$  larem naturam sapiat, atque indè efficacius existat, ac insuper  $\text{ϕrii}$  &  $\text{ϕris}$  mistio magis proportionata deprehendatur, vires majores nobilioresque nobis ea non in capitis solùm, sed aliarum etiam partium adfectibus gravissimis, subministrat, quàm factitia gñialis.

Deindè, non omnes epilepsias statim extirpat Cinnabaris nativa; hæreditariæ, idiopathicæ, confirmatæ, & à partibus remotioribus ortæ sæpius illi resistunt fortiter. Paroxysmum tamen frequentius tollere & protelare potest. Sympathicæ autem, à materia mucilaginosâ crassâ & viscidâ, in ventriculo stabulante, vel etiam à lacte materno coagulato in infantibus ac pueris provenientes, facilè generoso hoc remedio expelluntur.

Salivationem etiam per aliquot dies continuos excitare valet Cinnabaris nativa. Sic scorbutici, hypochondriaci, &c. Cinnabaris nativæ saturatissimæ ac optimæ beneficio ad ptyalismum facilè deducuntur.

Si ad aures  $\kappa\epsilon\lambda\iota\kappa\omega\varsigma$  quasi protrusi fuerint humores, ibidemque restagnent, & auditum lædant, quod tum aliàs, tum in declinatione febrium malignarum frequenter accidere solet, & optimum semper præbet signum, tunc præcipitantia profunt, inprimis Cinnabarina, quibus solis ejusmodi  $\delta\upsilon\sigma\eta\kappa\omicron\iota\alpha\varsigma$  felicissimè abigere Medicus potest, licèt ut plurimum perse quoque tandem desinant.

Si catarrhus depluat à capite in subjectas partes ex veterum sententia, seu solutum quasi in cloacam



fanguinis excrementum, negotium faceſſat, & tenuitate ſuâ ac redineque moleſtet, Cinnabaris nativa opem fert egregiam, cum cauſæ radicalis reſpectu, tum producti poſterioris intuitu. Si enim ad grana decem cum pulveribus & ſpeciebus aliis cephalicis detur, caput, cerebrum, totumque nervoſum genus roborat admiraculum uſque, catarrhos prohibet, eoſque ita ad *πεπρασµὸν* deducit, ut ſine noxa & periculo excerni facile queant.

### C A P U T XXXII.

*Cinnabaris Mineralis correctæ uſum in adfectibus mediæ ventris, pectoris ſcilicet reſpicit.*

**S**olatii multum in adfectibus his adfert Cinnabaris mineralis ob æur ſuum ſuave, temperatum atque anodynum. Lipothymia, ſyncopes & palpitationis cordis cauſa eſt ſanguinis grumeſcentia; huic debetur Cinnabaris nativa; illa ſiquidem ſanguinis partes craſſiores reſolvit, tenuiores alterat & diſſipat, acriores verò temperat ac corrigit. Hinc in taliſmodi adfectibus & ſymptomatibus, hypochondriacis familiaribus, lipothymia ſcilicet, ſyncope & cordis palpitatione, ceſſantibus etiam in prioribus omnibus operationibus animalibus & vitalibus ad ſenſum, nil præſentius invenitur & conſultius, quàm Cinnabaris nativa, ut ſimul reſolvens & præcipitans, ſi cum aliis reſolventibus & præcipitantibus in pulverem hoc modo redigatur. R. Cinnabr. nativ. ꝯnii diaphor. Corall. rubr. præp. Conch. præp. Ocul. ꝯ. præp. ana ꝯß. Vitriol. ꝯtis gr. vj. Laudan. opiat. gr. j. Miſc. fiat pulvis, dividendus